# Ossolinski Ossolinskiemu Roborat

Comparens pnlr coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien.
Generosus Nicolaus [de] Teczyn Ossolinski sanus mente et corpore existens
a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusvis propriis et conferendo
recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioni se cum Succes-
soribus ac bonis suis pnlr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter
et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum
recognovit Quia ipse recognitionem [scriptam?] manualem per se recognoscentem
in rem et personam Magnifici Nicolai de eadem Teczyn Ossolinski patrui
sui ratione certarum rerum et conditionum ibidem expressarum de actu et data illius
[...] Premisliae die hodierna in actu contenta cum subscriptione manus sui reco-
gnoscen. propria datt. se ac suos posteros in et super bonis suis pnlr omnibus
summisq. pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praes. in omni-
bus et singulis eiusdem conditionibus punctis clausulis articulis eademq. ligamentis
ac nexibus pnlr universis firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter obser-
vare omnibusq. et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit satisfacere recognitionem praefatam ad inscriptionem
praesentem Roborationis et inscriptionem praesentem ad praefatam recognitionem
eiusdem in toto referendo Idq. sub vadio Quadringentorum florenorum polon. per eun-
dem recognoscentem Generosum Nicolaum Ossolinski sive ipsius Successores supra-
scripto Magnifico Nicolao Ossolinski patruo suo ac eius posteris ob nonim-
plectionem recognitionis praefatae contentorumque omnium et singulorum tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum incumbendo Pro quo qui-
dem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac re aliqua principali
ex contentis recognitionis praefatae non completa complenda Citatus existens memora-
tus recognoscens Generosus Nicolaus Ossolinski vel eius posteri Ad instantiam
suprascripti Magnifici Nicolai Ossolinski sive illius Successorum Ad officium prae-
sens Castren. Capitan. Premislien. extra Recessum suprascripto quo ad res possessionum
spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio

Stare

stare iuri parere respondere valere praefatum bene Dominis [illegible] praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illumque terminum peremptorium primum et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta vel exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo. Ac praemissa omnia poenis ampliationibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalibus iuris pro expeditione terrestri bello convocationeque tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione sed praemissa omnia mediante.

## Roguski Ossolinskiego Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Roguski sanus mente et corpore existens, a iuris districtibus [illegible] iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis [illegible] omnibus universis quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Magnificum Nicolaum de Tęczyn Ossolinski eiusque posteros de scripto certo manuali sibi recognoscenti per eundem Magnificum Ossolinski super summam duorum millium florenorum polonicalium et ratione aliarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data illius hic Premisliae feria quinta ante festum Sancti Thomae Apostoli anno proxime praeterito confecto, lesso manu propria eiusdem Magnifici Ossolinski subscripto, Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus roborato, tum de ipsius roboratoria inscriptione quietat, emittit et liberum facit et pronunciat perpetuo scriptumque praefatum et inscriptionem ipsius roboratoriam in toto cassat mortificat et annihilat, recognoscens se de praemissis plenariam satisfactionem percepisse.